Ill.mo ac R.mo D.D.D. Fransisco de Aguiar, et Seixas Mexicanæ Ecclesiæ Dignissimo Archiepiscopo, Regio que Conciliario. etc.

Frater Hieronymus Cardona in sacra Theologia Magister, ac huius S. P. N. Dominici de Porta-Cœli Collegij humilis Rector, et Regens salutem in Domino. etc.

Cum iuxta statuta nostri Collegij Rectoribus ex officio incumbat fratres sibi subditos Ill.mis Archiepiscopis presentare ad sacros ordines suscipiendos; ideo supplex, quam submisso animo possum, Vestram Ill.mam Dominationem obtestor, et oro, ut fratrem nostrum fratrem Didacum Gonzales Subdiaconum ad sacrum Diaconatus ordinem habeat tanquam legitime presentatum, moribus ac scientia approbatum, cum premisso, et rigoroso examine sufficiens extiterit. Quo beneficio inclinati, magis ac magis extabimur ad exorandam immensam Dei Benignitatem, ut Vestram Ill.mam Dominationem tueatur, et augeat. Datum in hoc nostro S. P. N. Dominici de Porta-Cœli Collegio, manu propria subscriptis, et sigillo officij nostri munitis. Die decima octava mensis [Dece]mbris. Anno Domini millessimo sexcentesimo [octo]gesimo septimo.

Frater Hieronymus Cardona
Mag.r Rector, et Regens.

De m.to R. ad. P. Mag. Rectoris, ac Regentis

Frat.r Antonius Pinto et Meniz
Lector sacræ Theologiæ, et Not.s Apost.